



Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Provisione Et Obtentione Beneficiorvm

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

819. Qualiter probanda sit possessio ejusque titulus, præcipuè et spoliatus restituatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74485](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74485)

ficiam vacare censeatur eo ipso &c. & sic unum sine alio, hoc est, nec publicatio sine possessione capta, intra dictum tempus, nec capta possessio sine publicatione sufficit; Parisi, l. 11. q. 2. n. 4. *Juncto num. 11.* qui etiam *num. 12.* subdit idem procedere in permutatione facta extra Curiam. Porro illi tres menses incipiunt currere, non à die resignationis admittæ, sed à die factæ collationis, Parisi *loc. cit. n. 9.* contra Roffiniac. *de benef. c. 7. n. 7.* De resignatis verò in Curia existentibus citra montes faciendam esse publicationem intra 6. menses, de existentibus verò ultra montes, v. g. in Germania, intra 9. menses vi istius constitutionis Gregor. ait Parisi, *n. 5.* An autem intra idem tempus capi debeat possessio, non dicitur; argui tamen videtur, quòd sic, eo eo, quòd dixerat de resignatis in manibus Ordinariorum. Tradit etiam Tond. *in qq. benef. p. 1. c. 13. n. 9.* in Gallia observari, quòd possessio beneficii resignati, etiam post 6. menses, modò intra triennium, & ante mortem resignantis, & modò nulla fraudis conjectura, vel præsumptio colligi possit, & hinc consultiùs esse, saltem aliquo tempore ante mortem resignantis captam esse possessionem, & hodie ex edicto Ludovici XIII. capiendam esse per duos dies integros ante mortem resignantis, & nisi intra triennium capta fuerit possessio beneficii resignati, beneficium tanquam dimissum, & pro derelicto haberi, nec amplius spectare ad provifum, qui omni suo jure circa illud, tam quòd ad possessorium, quàm petitorium per hanc suam negligentiam excidit, juxta textum & Gl. *in c. 1. de pacif. possess.* Idem apud Tond. tradunt Peleus l. 1. *actio. forens. c. 29.* & ait 40. Boerius *decif. 312. n. 1. & 24.* in genere loquentes de quocunque provifo, etiam per obitum, uti id probatur *ex cit. c. 1. de pacif. possess.*

Quæstio 819. Qualiter probanda sit possessio ejusq. titulus, præcipue, ut spoliatus restituatur?

1. Respondeo primò: probatur possessio per factam traditionem clavium vel bireti. Parisi, l. 10. q. 6. n. 49. citans Covar. l. 3. var. *resol. c. 16. nu. 11.* Menoch. *de retinend. possess. remed. 3. num. 569.* Mascard. *de prob. conclus. 1184.* & plures alios. Item per incisionem lignorum; arboris enim incisio non solet spectare nisi ad dominum. Parisi, *in. 50. & 51.* Et regulariter per ea omnia, quæ ad solum dominum beneficii spectant, Parisi, *num. 52.* citans Card. Parisi, *conf. 99. n. 2.* Mascard. *ubi ante. concl. 1178.*

2. Respondeo secundò: spoliatus beneficio debet imprimis probare se possedisse, dum spoliaretur. Parisi, l. 13. q. 5. n. 86. citans Innoc. *in c. sepe. de restit. spol. num. 2.* Lap. *alleg. 51. nu. 6.* Anchar. *conf. 42. num. 2. &c.* ac dicens esse communem & receptam DD. eò quòd spoliatus beneficio non dicatur nisi ille, qui illud semel possedit; cùm privatio supponat habitum. Parisi, *ibid. n. 87. & seq.* adeòque spoliatum se eo dicere non potest is, qui beneficium possidere non potuit, v. g. laicus. Parisi, *num. 90. & à num. 123.* ubi id ulterius exemplificat in intruso; quia intrusio solet titulum & possessionem annullare. Parisi, *n. 126. & 127.* in eo, qui habeas beneficium curatum, intra annum non est promotus ad presbyterium, *n. 128.* Pro quo citat Cravet. *conf. 104. n. 3.* Rebuff. *de pacif. possess. n. 92.* In simoniaco, qui non venit instituendus; cùm privetur ipso jure, & non habeat titulum, *num. 129.* In hæretico, qui non de-

bet restitui, *nu. 131.* cùm nec is habeat titulum. In excommunicato, qui non restituitur, *num. 133.* In eo, qui non intelligit idioma loci, ubi habet beneficium curatum, *num. 134.* citans Menoch. *de recuper. possess. remed. 15. n. 441.* In minore, *num. 135.* ut omnes in *c. cùm in cunctis. de elect.* In eo, qui habens beneficium curatum petit restitui ad aliud curatum, *num. 136.* juxta DD. omnes in *c. de multa. de prob.* Denique in casibus omnibus, in quibus constaret de notorio defectu proprietatis; in his enim restitutio non est concedenda spoliato beneficio. Parisi, *num. 137.* citans Cravet. *conf. 290. n. 8.* Natam *conf. 474. n. 37. l. 2.* Menoch. *remed. 15. de recuper. poss. n. 438.* Mascard. *de prob. conclus. 1326.* Item in omnibus casibus, in quibus objiceretur alicui, quòd ipso jure privaretur dominio & possessione; nam cùm ipso jure sit privatus, non dicitur possidere alicui. Parisi, *num. 138.* citans Abb. *in c. item cùm quis. n. 9. & 10. de restit. spol.* Menoch. *loc. cit. n. 330. &c.* Item in iis, qui spoliati sunt beneficiis post resignationem spontaneam, illorum beneficiorum. Parisi, *n. 41.* quod ipsum tamen variè limitat, & intelligendum ait *n. 152.* non nisi de spoliatis post talem resignationem, jam à Superiore acceptatam.

3. Respondeo tertio: quamvis in profanis sufficiat probatio possessionis, utpote in quibus etiam prædò est restituendus; in beneficalibus tamen non sufficit; sed requiritur exactior probatio; cùm prohibeatur vitiosus ingressus. Parisi, *loc. cit. num. 95. & seq.* citans Innoc. *in c. constitutus. de filiis presbyterorum.* & Rotam *decif. 20. de restit. spol. in antiq.*

4. Respondeo quarto: licet possessio inferat præsumptum titulum. *c. si à Sede. de prob. in 6.* non tamen ex sola probatione possessionis in beneficio oriatur effectus restitutionis in spolio; cùm ad beneficium restitui nequeat carens canonicà institutione, quæ proinde, ex stylo saltem, deducenda est, ex coloratione justì ingressus; Et sic in beneficalibus spoliatus debet possessionis suæ titulum justificare, Parisi, *num. 99.* citans Menoch. *15. remed. recuperand. possess. nu. 458.* Abb. *in c. in literis. num. 15. & 25.* Parisi, *conf. 12. n. 2. vol. 4.* Mascard. *de prob. conclus. 1322. n. 3.* & quamplurimos alios, qui passim dicunt, hanc sententiam communem & vltu receptissimam.

5. Respondeo quinto: non exigitur tamen exacta probatio tituli veri; sed sufficit forma quedam extrinseca sui facie valida, ut inquit Parisi, *n. 102* & sic possessionem pristinam ex aliquo colore justificare. citat pro hoc Menoch. *ubi ante. num. 469.* Imol. *in c. ex parte. de restit. spol.* Butrio *in c. in literis. Gemin. conf. 147. l. 2.* & plures alios. Probatur autem hic color ad effectum restitutionis, super spolio in beneficalibus primò, si fuerit deductum & probatum, spoliatum habuisse beneficium ab eo, qui auctoritatem habebat instituendi. Parisi, *n. 103.* citans Innoc. *in c. in literis. de restit. spol. &c.* Nec requiritur, ut spoliatus ostendar literas. Parisi, *n. 105.* citans Cassad. *decif. 8. n. 1. de restit. spol.* Caputaq. Sarn. &c. Quin & sufficiet, spoliatum probare, habuisse possessionem vel per traditionem clavium. Parisi, *n. 104.* Secundò probatur hic color ex confessione licet obiter facta per spoliantem. Parisi, *n. 107.* citans Butr. & Abb. *in c. literis. Felin. in c. olim. de rescript. n. 11.* Pontan. &c. Tertiò probatione possessionis diuturnæ. Parisi, *num. 108.* citans Butr. & Abb. *ubi ante. Roman. conf. 465.* Bellam. *decif.*

decis. 455. &c. ex longa enim possessione beneficij oritur praesumptio canonici ingressus. Paris. n. 109. ex Roman. *conf. 117.* Decio in rub. de fide instrum. n. 17. sufficit autem possessio 10 annorum. Paris. n. 111. citans Felin. in c. illud. de praesumpt. n. 6. Anchar. *conf. 117.* Paris. *conf. 25. n. 26. vol. 1.* sic qui longo tempore reputatus est clericus, & existit in possessione beneficij, etiam curati, habet fundatam intentionem, licet non habeat literas Ordinum; quia praesumitur ordinatus. Paris. num. 112. juxta host. Abb. Butr. & alios communiter in *cir. c. illud. de praesumpt.* ita ei, qui possedit beneficium per 30 Annos, licet non habeat literas, praesumitur facta collatio. Paris. n. 113. & AA. communiter in *c. illud.* Et ideo reputatur calumniaosa petitio visitatoris petentis literas. Paris. n. 114. citans Gemin. in *c. Si judex. s. ult. n. 4. de sent. excom. in 6.* & dicens, sic respondisse S. Congreg. in Nolensi visitationis. Quare probatur hic coloratus titulus ex testimonio de auditu à spoliato, qui possidebat. Paris. n. 116. citans Rotam *decis. 8. de restit. spol. in novis.* Felin. in *c. Albericus. &c. ex parte. rit. eod. Bellam. decis. 455.* Quare in favorem resignatarii agentis super spolio ex narrativa suae resignationis, facta in literis expeditis continentibus reservationem certae pensionis ad favorem resignantis. Paris. n. 117. citans Pontan. Cresc. Sarnen. &c. Sexto ex institutione, etiam non confecto de pravia praesentatione. Paris. n. 119. citans Rebuff. de pacif. possess. n. 32. Item ex confirmatione electionis. item per expectativam. Paris. n. 120. & 121.

Questio 320. An, dum agitur de solo possessorio in beneficalibus, quarendum sit quomodo de justitia vel injustitia negotii principalis?

Respondeo negativè, saltem quantum est de jure stricto; sed attenditur nudum factum possessionis, remittendo reliqua ad petitorium, ut in specie habetur in Beneventana Parochialis. *decis. 352. p. 10. recent.* ad hoc tamen utiliter sepe deducuntur concernentia bonum jus; eo quod hoc valde prodesse solet, vel ad effectum facilitandi resolutionem in possessorio. Card. Luca. de Paroch. d. 9. n. 3. item d. 31. n. 3.

Questio 321. Qualiter amittatur possessio beneficij?

Respondeo primò; per renunciationem non spontaneam non amitti possessionem secundum aliquos, ait Paris. l. 1. q. 10. n. 42. citans pro hoc Card. Paris. *conf. 143. n. 19. vol. 4. &c.*

2. Respondeo secundò; per resignationem simplicem, hoc est non conditionatam, seu factam non nisi sub certa conditione, puta, ut beneficium conferatur certae personae à se designatae, vel aliam (aliud enim est resignare beneficium, aliud cedere illud alteri) hac enim resignatio statim abdicat jus, si fuerit facta coram Papa, siue coram Ordinario, & resignans manet sine titulo etiam colorato (in beneficalibus autem non potest stare possessio sine titulo, & ideo amisso titulo amittitur etiam simul possessio. Paris. paulo post primo loco citand. n. 17. & 20.) & beneficium videtur haberi pro derelicto, & illud ut vacans potest libere conferri alteri. Paris. l. 1. q. 5. n. 15. citans quamplurimos alios. & l. 1. q. 3. n. 5. citans Abb. Butr. Innoc. in *c. sollicit. &c. accepta. de restit. spol. &c.* ac P. Leuren. Fori Benef. Tom. 1.

dicens n. 7. esse communem opinionem, quod in hoc casu amittatur etiam civilis & naturalis; quae tamen intelligenda post resignationem talem à Superiore acceptatam. Paris. l. 1. q. 5. n. 24. citans Innoc. & Abb. in *c. quod in dubio. de renunc.* Butr. in *c. quidam. n. 9. rit. eod. Navar. in c. accepta. oppositio. ne. 7. n. 26. de restit. spol.* Menoch. de arbit. casu 20. n. 47. &c. & ideo, non admittitur renunciatione, spoliatus illa restituitur. Paris. *ibid.* ex Menoch. de adpisc. poss. remed. 1. n. 303. quod verò tradit Paris. *cit. q. 5. n. 28. & 29.* citans pro hoc Butr. in *c. sollicit. de restit. spol.* Calder. *conf. 4. de renunc. Sarn. ad reg. de Annal. q. 56. & 57.* Mandos. de signat. gratia rit. fructuum reservationes. Rebuff. *conf. 4. n. 4.* Achill. de Grassis. *decis. 10. de restit. spol.* & plurimos alios, nimirum, quod etiam resignans perdat cum dominio possessionem juris; non videtur tamen cessisse detentionem, adeò que post admittam renunciationem possit incumbere possessioni realiter & de facto, & incumbendo animo continuandi retineat naturalem, & hac detentio sit tanti momenti, ut si spoliatur eam detentione, sit restituendus; & sufficiat ea, ut quis juvetur regulà de Annali, id inquit, procedit de resignatione facta, non simpliciter, sed in favorem; sic enim expresse ait *cit. q. 5. n. 36.* in simplici renunciatione post ejus admissionem statim amittitur omnis possessio civilis & naturalis (& *cit. l. 1. q. 7.* talis non potest amplius incumbere possessioni) & res videtur habita pro derelicta. citans Achill. de Grassis. ubi ante. & dicens esse communem DD. si verè, ut ait n. 39. resignatio facta fuit in favorem alicujus, resignans dicitur etiam possidere, & titulum coloratum habere, donec resignatario beneficium acquiratur: Quin & in genere in resignationibus conditionalibus nequidem jus ipsum seu dominium abdicatur, nisi impleta conditione. Paris. l. 1. q. 3. n. 8. citatis quamplurimis, & fufius l. 1. q. 14. fere per totum. Quòd si tamen resignans in favorem sit absens à loco beneficij, amittere illum post acceptatam illam resignationem, etiam dictam detentionem seu possessionem naturalem, ait idem Paris. l. 1. q. 5. n. 33. cum Puteo *decis. 158. l. 3.* Porrò qualiter, dum per resignationem nullam (intellige ex eo, quod facta in manibus non habentis potestatem illam recipiendi) amittatur jus & possessio civilis & naturalis, ut Paris. l. 1. q. 5. n. 41. ex Cresc. *decis. 64. l. 1.* censetur etiam hoc ipso procurator constitutus ad lites & negotia ratione illius beneficij revocatus, vide apud eundem Paris. l. 1. q. 5. n. 42. ubi id affirmat, probat & limitat.

3. Tertio per resignationem factam in manibus non Superioris, seu non habentis auctoritatem illam seu potestatem recipiendi; hac enim resignatio praedicit resignanti quodam possessionem, & is eam amittit, retinendo tamen proprietatem quae debet declarari privatus. Paris. l. 7. q. 1. n. 33. citans Innoc. in *c. ventens. de renunc. v. fatemur.* Abb. in *c. quod in dubiis. rit. eod. n. 7.* Rosliniac. de benef. c. 14. n. 36. Menoch. de arbit. casu 201. n. 47. Navar. in *c. accepta. de renunc. n. 25. & 34.* Ratio hujus est, quod possessio non habeat quid spiritualitatis seu vinculi indissolubilis, adeò que potest amitti sine Superiore; secus est in proprietate. Paris. *cit. n. 38.* Et hoc est, quod dicitur, quod facilius amittatur possessio quam proprietate, juxta h. Siquis vi. s. differenciam, de acquir. poss. ubi Bartol. quod, qui non potest renuntiare jurisdictioni seu juri suo quodam proprietatem absque Superiore, potest tamen possesse.